

(4) *Lo quisiessen otros.* Concordat cum l. *qui de crimine*, C. *de accusat.* ab eodem tamen non potest accusari de alio crimine, ut ibi, ubi ponit rationes Salicet. in 2. notab.

(5) *Otro yerro.* Nam de eodem non potest accusari ab alio veniente post litem contestatam; et intellige et limita, ut per Gloss. Salic. et alios in dict. l. *qui de crimine*: et intellige, sive tale aliud crimen oriatur ex diversis factis, vel ab eodem facto, ut in dict. l. *qui de crimine*, et intellige secundum Salic. ibi. col. 4. quando plura delicta ex eodem facto orientia se habent, ut species distinctæ; invicem tamen se habentes, ut excedentia, et excessa, tunc enim de utroque puniuntur, ut D. *ad leg. Jul. de adult. l. si adulterium cum incestu*, in princ. secus si se habeant, ut genus et species, ut in l. *senatus*, D. eod. ubi vide per Bartolum: unde si rapiendo gladium de manibus alicujus manus incideretur, commisit raptor duplex delictum, vulneris scilicet, et raptus; et quia quodlibet est distinctæ speciei ab alio, raptor puniatur de utroque, et in dict. l. *qui de crimine*, et in l. *prætor edixit*. §. 1. D. *de injur.* et idem si occidat quis hominem in ecclesia, nam puniatur de homicidio, et sacrilegio, l. *si qui in hoc genus*, C. *de Episcop. et Cleric.* Quid autem si regia constitutione caveatur, quod qui armis alicquem percuserit, manum cum qua percusserit, amittat, et Titius eodem impetu duos percussit; et constat, vel dubitatur, quem prius percuserit; et ab eisdem eodem tempore de dictis percussibus accusatur, quis præferretur in processu et in executione? Vide latè per Alberic. in dict. l. *si plures*, ubi concludit, quod præveniens ad sententiam præferatur, et alteri viam percludat, si secundo prælationis sententia obijciatur; si tamen simul ad sententiam concurrunt, gratificationi iudicis locus erit, et qui præfertur in sententia, per consequens præferendus est in executione; et facta executione, absolvi debet reus ab observatione iudicii alterius accusatoris; videas ibi per eum.

(6) *A la primera.* Concordat cum l. 2. §. fin. et ibi Gloss. D. *de custod. reor.* et limita, nisi secunda accusatio esset tempore peritura, ut in dict. l. 2. in fin. Salic. in dict. l. *qui de crimine*, col. penult. vers. *nunc quæro*, et hoc quando utraque accusatio proponitur coram eodem iudice, ut priori scilicet accusationi respondeat, l. *qui appellat prior*, D. *de iudic.* si tamen accusaretur coram diversis iudicibus, et citatur pro diversis horis et temporibus, accedet ad eum, à quo fuit primò citatus, l. *quiquis*, D. *de in jus vocand.* si tamen pro eadem hora et tempore citatur ab utroque, et termini sunt impassibiles ad respondendum utroque, si altera causa est tempore peritura, illi prius respondebit; aliàs ad majus tribunal accedet, et si tribunalia sunt paria, tunc majoritatem causæ debet inspicere, et si causæ sunt pares, locus est gratificationi, videas Salic. ubi supra.

LEY XIV — Como deue ser fecha la acusacion (a).

Quando algun ome quisiere acusar a otro, deuelo fazer por escrito (1) (b), porque la acusacion sea cierta, e non la puede negar, ni cambiar el que la fiziere, desque fuere el pleyto comenzado: e en la carta de la acusacion deue ser puesto el nome (2) del acusador, e el de aquel a quien acusa, e el del Juez ante quien la faze (3) (c), e el yerro que hizo el acusado, e el lugar (4) do fue fecho el yerro de que lo acusa, e el mes, e el año, e la era (d) (5), en que lo hizo; e el Judgador deue recibir la acusacion (6), e escreuir el dia en que gela dieron (e), rescibiendo luego del acusador la jura (7), que non se mueue maliciosamente a acusar, mas que cree que aquel a quien acusa, que es en culpa, o que hizo aquel yerro de quel faze la acusacion. E despues desto (8) deue emplazar al acusado, e darle traslado de la demanda, señalándole plazo de veynte dias (f) (9), a que venga responder a ella.

(a) LL. 3 y 5, tít. 20, lib. 4 del F. R. — L. 1, tít. 12 del Ord. de Alc. — L. 2, tít. 16, lib. 11 de la N. R.

(b) La acusacion debe presentarse firmada por letrado y en papel del sello 4.º mayor, á no ser que el interesado haya obtenido declaracion de pobreza, en cuyo caso usará del papel del

sello de pobres. Véase nuestra nota 1.ª á la L. 40, tít. 2, P. 3. Los fiscales y promotores fiscales usan del papel del sello de oficio.

(c) No se acostumbra expresar el nombre del juez, porque no hay necesidad, en atencion á que sin este requisito es conocido el juez tanto para el acusador como para el acusado.

(d) En la cronología española no se conoce ya la era que se llamó *era del César* y tambien *era hispánica*, habiendo desaparecido su uso por disposicion del rey D. Juan I, que en las cortes de Segovia de 1383 mandó que en adelante se computasen los años segun la era vulgar ó cristiana, que empieza en el dia del nacimiento de Jesucristo, cuyo aniversario se celebra el 25 de diciembre, desde cuyo dia principiaron á contarse los años hasta que se introdujo el año Juliano que hoy rige, y principia el dia 1.º de enero y concluye el 31 de diciembre. Por tanto en las fechas solamente se expresa el año, mes y dia, y aun la hora, principalmente cuando es necesaria la mayor determinacion del tiempo. Véase la glosa de Gregorio Lopez.

(e) El escribano anota el dia en que se le entrega el escrito.

(f) Esta disposicion se halla derogada, rigiéndose hoy en su lugar la disposicion 5.ª del art. 81 del Reglamento provisional para la administracion de justicia, de 26 de setiembre de 1835, que señala «para la acusacion y defensa el término preciso que sea suficiente, con tal que no pase de nueve dias para cada parte. Si fueren dos ó mas los acusados y pudieren sin inconveniente hacer unidos su defensa, mandará el juez que así lo ejecuten, señalándoles un término que podrá extender á quince dias para todos, cuando lo requiera la calidad del caso. Y si siendo muchos los procesados, y no pudiendo defenderse unidos, exigiere la gravedad de las circunstancias que se termine con toda urgencia el proceso, dispondrá que en vez de entregarse al defensor de cada uno, se ponga de manifesto á los respectivos defensores en el oficio del escribano sin reserva alguna, por un término que no pase de quince dias y por catorce horas en cada uno; permitiéndoseles leerlo todo original por sí mismos y sacar las copias ó apuntes que crean conducentes, aunque sin dejarse de tomar todas las precauciones oportunas para evitar abusos.» Esto es lo prevenido respecto á los delitos comunes; pero si fueren de conspiracion, se observará lo dispuesto en el art. 19 de la ley de 17 de abril de 1821, sancionada en 25 del mismo mes y año, y restablecida por R. D. de 30 de agosto de 1836, que dice: «Recibida al reo la confesion, si hubiere méritos y lugar para la acusacion, la formalizará el promotor fiscal dentro de tres dias á lo mas: en el auto de traslado que se dé al reo por igual término improrogable se recibirá la causa á prueba.» Como se advierte, no explica la ley si el término preciso de tres dias para evacuar la defensa debe entenderse tanto en el caso de ser uno el reo como en el de haber varios; y por tanto la práctica que se ha adoptado es, conceder solos tres dias cuando los reos pueden defenderse unidos, y cuando así no puede verificarse se conceden tres dias á cada uno de ellos.

LEX XIV. — Accusatio debet fieri inscriptis, nominibus accusatoris et accusati, et iudicis, atque maleficio, anno, mense, et loco in ea designatis, et ea recepta, iudex recipiat ab accusante iuramentum, quod non malitiosè accusat; imò credit culpabilem fore delatum: et hoc facto citet accusatum, et det ei accusationis transumptum, cum termino viginti dierum. Hoc dicit.

(1) *Por escrito.* Concordat cum l. *libellorum*, D. eod. et C. eod. l. *in causis*, et cap. fin. 2. quæst. 8. an autem accusator debeat offerre libellum jam dictatum, cum veniat coram iudice, vel sufficiat, quod dicitur coram iudice, et notario? Salic. dicit, quod sic, in dict. l. *in causis*, col. 1. l. *si quis se*, et ibi Bald. C. eod. et procedet ista lex, sive fiat accusatio de crimine publico, sive privato, ut in l. fin. D. *de privat delict.* Azo in summa, C. *de accusat.* col. 2. Et quid si de delicto agatur civiliter? Vide per Bart. in l. *prætor edixit*, D. *de injur.* et *decissionem Rotæ* 56. in novis.

(2) *El nome.* Ita quod persona reddatur certa per duas demons-

traciones, nisi esset nomen singulare, quod de se reddetur certum, Bart. in dict. l. *libellorum*, col. fin. debet ergò exprimi per agnomen, et cognomen, vel etiam per loci habitationem, ut est in usu, Salic. in dict. l. *in causis*, col. penult. vers. *quæro nunc qualiter*; et sinescitur nomen interfecti, non est necesse, quod ponatur, vide per Angelum Aret. in suo tractat. in parte *et est quedam inquisitio*, col. fin. in fine, vide Gloss. in §. *libellorum*, 2. quæst. 8. super parte *Cajo*.

(5) *La faze.* Nota istam legem, quæ videtur decidere quod non requiratur in libello accusationis, quod apponatur nomen Regis, quod etiam voluit Bart. in dict. l. *libellorum*, in princ. Salic. tamen in dict. l. *in causis*, col. 1. dicit, quod requiritur, quod apponatur nomen Imperatoris, qui successit in locum antiquiorum consulum, et certe huic dicto Saliceti favere videtur dicta l. *libellorum*, sed dicto Bartoli favet ista lex Partitarum: tene eam menti in practica; de consuetudine tamen semper apponitur nomen Regis.

(4) *El lugar.* Locus tamen non est arctandus ad angulum, l. 1. §. *ubi*, D. *de vi et vi armat.* an tamen, quæ locus non fuit benè declaratus in libello, possit postea declarari per accusatorem? Albericus dicit, quod sic, in dict. l. *libellorum*, in princ. per l. *si quis intentione ambigua*, D. *de iudic.* et quod in hoc plures Doctores Bononiæ concordarunt. Et an cum accusatio fit de perjurio testis, ponatur locus iuramenti, vel depositionis? Vide Angelum Aret. in tractat. *malefic.* in parte *falsario*, col. 7. ubi allegans Bartolum dicit, quod tempus iuramenti debet apponi, et adde Bald. in l. 2. C. *de sacrosanc. eccles.* et vide in materia ista de loco ponendo plures quæstiones per Salic. in dict. l. *in causis*, C. eod. col. 4. et per Aret. in suo tract. in parte *in platea communis*, per Bart. in dict. l. *libellorum*: et adverte benè, ubi quod accusator probabiliter ignoraret locum, vel mensem, teneret libellus, ut tradit satis late et benè Alberic. in dict. l. *libellorum*; unde in crimine falsi procedit libellus, licet non ponatur locus, Gloss. *Institut. de public. iudic.* in princ. quam dicit non alibi Bald. in cap. 1. in princ. in §. col. *quib. mod. feud. amit.* et tenuit Aret. in dict. l. *in platea communis*, in princ. tradit Albericus late in dict. l. *libellorum*, ubi dicit, hanc quæstionem habuisse de facto, et defendisse istam partem accusatoris per media, quæ ibi videbis; qui tamen non allegat dictam glossam ad hoc, et dicit contra eum fuisse pronuntiatum, sed quod non benè; videas ibi per eum: et in maleficiis negativis, an debet poni locus, vide per Bald. in l. *actor*, col. fin. C. *de probat.* et Bart. in dict. l. *libellorum*, col. 5. Quid autem, si accuso te, quod turbasti me in possessione talis fundi tali mense, utrum iste libellus procedat? Bart. in l. 1. C. *ubi de poss. agi oportet*, arguit primo, quod sic, quia ex quo fundus est conlatus, tacitè videtur continere locum maleficii, quia ista vis turbativa non potest inferri nisi in fundo; tandem dicit contrarium esse verum, quia non habet annexam certitudinem loci, cum possit pluribus locis committi: quod nota.

(5) *El mes, e el año, e la era.* Non vero dies criminis commissi, Gloss. et Bart. in dict. l. *libellorum*, nisi accusatus petat, quod declaretur dies, ut possit se defendere, probando quod illa die fuit alibi, ut tradunt Bart. et Alb. in dict. l. *libellorum*; seu ubicumque æquitas moveat iudicem ut dies declaretur; non tamen secundum Salicet. in dict. l. *in causis*, col. 2. iudex benè et iudicè faceret, si prius accusatorem ad certiorandum de die compelleret, quam reus iudicem certiorasset de die et tempore suæ absentia, vel de alio simili, propter quod intentionem accusatoris velit excludere, ne quid malignetur circa testes, quod voluit excludere dicta l. *libellorum*, et ista, quæ accusatorem noluit arctare ad ponendum diem, nec horam. Quid autem, si agatur de falsitate instrumenti? Dixi in glossa proxima, et nota, quod nihil relevaret, si accusator in accusatione dixerit, prout de veriori tempore constitit, secundum Alexand. consil. 72. vol. 1. col. 3. quid autem in mandatore delicti, quod tempus sit ponendum, vel quis locus, an mandati, vel delicti? Vide Bart. in l. *non solum*, §. *si mandato*, D. *de injur.* per Bald. in l. *cum rationibus*, C. *qui accus. non poss.* per Angelum Aret. in tract. *maleficior.* in parte *Senpronium mandatore*, col. 3. et in parte *existens Florentia*, et concluditur, quod opponi debet tempus et locus maleficii, non mandati, vide ibi per eos.

(6) *La acusacion.* Cum ita est apta, ut superius, aliàs potest ipse ex officio illam rejicere, ita tenet Ang. in dict. l. *libellorum*, nec est necesse, quod pars de hoc opponat, secundum Bart. in dict. l. *libellorum*, vers. *quod si libelli*. Bald. in l. *ædita*, col. 2. C. *de ædendo*. Bald. expressius in l. 2. col. 2. C. *de confess.* vers. *juata hoc pone di-*

*ci*, et etiam Alex. consil. 72. col. fin. 1. vol. incipit, *inspecto diligenter*: et potest accusatus etiam in gradu appellationis objicere de ineptitudine talis libelli, Bald. in l. 2. col. fin. C. *qui accusar. non poss.* Quid autem, si iudex procederet per inquisitionem, an debeat servari forma de qua hic? Gloss. in authent. *de exhib. reis*, §. *sancimus*, super parte *libellum*, dicit, quod non, et ita dicit communiter teneri Albericus in dict. l. *libellorum*, col. 2. Glossa etiam idem tenet *Institut. de public. iudic.* in princ. Bald. in l. penult. C. *de probat.* Bartolus tamen in Extravag. *ad reprimendum*, super parte *inquisitionem*, refert Jacobum Butr. *Institut. de action* in princ. dicentem, quod eadem forma solemnitatis requiritur in inquisitione, tunc in accusatione, præterquam in inscriptione ad pœnam talionis, quia cum locum accusatoris subeat iudex, ejusdem debet esse naturæ inquisitio, quod accusatio, l. 1. §. *hæc actio*, D. *si quis testam liber. esse quis fuer.* et hoc placet Bartolo ubi supra, quantum ad hoc, ut inseratur locus, et tempus eodem modo, quia non debet in tanto crimine vagari: et limita et intelligit hoc ibi Bartolus quando fieret inquisitio de speciali delicto; si tamen esset inquisitio generalis, tunc procederet opinio prima, per textum et ibi Innoc. in cap. fin. *de purg. canon.* et idem vult Bart. in l. 1. col. 2. C. *qui accus. non poss.* et adde Ang. in dict. l. *libellorum*, tenentem, quod in inquisitione servetur dicta solemnitas, sequens Jacobum Bart. et mihi satis placent dicta Bartoli, ne reo auferatur defensio. Quid autem si crimen opponatur per modum exceptionis? Vide per Bart. post Dinum in l. 1. *de excep.* et Ang. in dict. l. *libellorum*, ubi concludit, quod si proponitur ad punitionem, veluti si obijciatur contra prælatum electum, tunc quia iustar accusationis habet, inserri debet locus et tempus, allegat cap. *ut circa*, de *elect.* lib. 6. et Clement. *constitutionem*, de *appellat.* si verò excipiatur solum ad repellendum, tunc non sit necessarium, allegat cap. *presentium*, de *testib.* lib. 6. et ita dicit fuisse iudicatum se advocante; et vide per Bart. in l. *Prætor edixit*, D. *de injur.* et in l. 2. §. *si publico*, in fin. D. *ad leg. Jul. de adult.* Et notabene, quod non purgabitur defectus libelli inepti in accusatione ex probationibus postea factis, sed reus absolvendus est, quia ineptus libellus non firmatur propter actam probationem, Bald. in l. 1. in fin. D. *de jurisd. omn. iudic.* Bart. in l. *si præses*, D. *de penis*, tradit Deci. consil. 85. col. 1. incipit, *in causa accusationis*, et vide Alexand. dict. consil. 72. col. 3. et vide quod circa hoc dicit Angelus Aret. in suo tract. *maleficior.* in parte *inchoata et facta*, in fin. et limita ut per eum in parte *emergentibus et contingentibus*.

Sed quid si ex forma decreti, vel statuti, vel commissionis proceditur summarie, tamen veritate inspecta; an tunc procedet libellus, et iudicium in criminalibus, non servata ista solemnitate? Alexander vult quod sic, consil. 6. 3. incipit, *circa processum*: quod si esset verum, esset singulare propter II. hujus regni jubentes procedi summarie, et sola facti veritate inspecta, ut habetur in l. 11. tit. 1. lib. 3. *Ordinam. Regal.* quæ tamen lex loquitur in civilibus; et fortè in criminalibus tenendum esset contrarium, cum ista solemnitas non solum concernat, quæ sunt juris positivi, sed etiam defensionem, quæ est de jure naturali, quæ non videtur tolli per tale statutum, vel rescriptum.

Sed an sufficiat hic contenta exprimere per relationem ad aliud? Decius dict. consil. 85. col. 1. dicit, quod non, allegans Angelum in l. 1. D. *de liber. et posthum.* et alia; Angelus tamen non loquitur in libello accusationis, et ex ejus dictis innuitur, sufficere, si constaret certum quid ex eo, ad quod fit relatio: facit l. *asse toto*, D. *de hæred. instit.* et nota quod in notoriis non requiritur ista solemnitas. Gloss. in dict. authent. *de exhibend. reis*, in parte *libellum*, Bald. in l. *cum fratrem*, C. *de his quib. ut indig.*

Sed an solemnitas hujus legis et dictæ l. *libellorum*, locum habeat de æquitate canonica? Andræas Siculus in cap. *delecti*, de *iudic.* dicit, quod non, argumento illius textus, et quod vidit Joan. de Ana. allegantem quosdam repetentes in cap. 1. *de accus.* qui ita tenebant; allegat etiam Lauren. et Archidia. tenere dictam opinionem in §. *libellorum*, 2. quæst. 8. ubi si rectè inspicatur, hoc non dicit Archid. neque Lauren. qui super verbo illo *lege Julia* dicit hæc verba: Hoc non est apponendum secundum canones, quia non requirunt has subtilitates, *extra de iudic.* cap. *dilecti*; et sic voluerunt dicere, quod exprimere, quod accusat lege Julia de adulteriis, non est necessarium secundum canones, imo neque secundum leges, secundum Angel. in dict. l. *libellorum*, post princ. unde fatendum est, quod etiam secundum canones debet servari ista solemnitas; dicit tamen Socin.

consil. 109 col. 5. incipit, *clarum est*, in 3. vol. quod licet ita sit fatendum, si criminaliter agatur, tamen si agatur civiliter, non esset necessarium. allegat pro casu textum in cap. *cum dilectus, de ordin. cognit.* vide ibi per eum; nam et hoc, quod dicit si agatur civiliter, videtur contra textum, in cap. *tuæ, de probat.* et ibi Cardin. et Joan. de Imo. notant: et saltem quando ex delicto daretur actio civilis famosa, videtur quod debeat servari ista solemnitas, l. *sed et ex dolo*, §. fin. et ibi Bart. cum l. sequent. D. *de dolo*, et vide l. 10. et 11. et 12. tit. 9. Part. 4. et per Bald. in cap. 1. in princ. col. 4. et 5. *quib. mod. feud. amitt.* qui dicit, quod si reus, cum civiliter agitur de crimine, petit edi locum et mensem, debet edi ei: si tamen non petat, procedit libellus; et ibi respondet ad dictam l. *item exigit*, D. *de dolo*, et ad dictum cap. *tuæ, de procur.* vide ibi per eum, qui loquitur satis notabiliter, et ejus dicta credo servarentur in practica, et adde, quæ dixi in l. 13. tit. 9. 4. Partit. his etiam adde Angelum Aret. in tractat. *maleficio.* in parte in platea communis. col. 5. ubi dicit, quod in actione legis Aquilæ non est locus, nec tempus inserendum, secundum Bart. in l. *Neratus*, D. *ad leg. Aquil.* quia damnatus lege Aquilia, vel quod metus causa, vel ex edicto unde vi non est infamis. Gloss. et Bart. in l. 1. in princ. D. *de infam.* ex quo colliges responsionem ad cap. *cum dilectus, de ordine cognit.* quem pro se allegabat Socinus.

(7) *Lajura.* Nota hic expressum, quod debeat in accusatione fieri istud juramentum, nam de jure communi, ut dicit Alberic. in dict. l. *libellorum*, col. 5. hoc non reperiebatur expressum, sed ex generali consuetudine dicit prestari, ut et notat Glos. in cap. *si duo viri*, 55. quæst. 6. et facit cap. *ut circa, de elect.* lib. 6. et adde Angelum Aret. in parte *necon ad querelam*, col. 1. in tract. *maleficio.*

(8) *Despues desto.* Nota, quod non exigit hæc lex subscriptionem ad penam talionis, non enim est in usu, ut dicit Alberic. in dict. l. *libellorum*, col. 5. vide quæ dixi in dict. l. 13. tit. 9. Part. 4. vides etiam, quod neque hæc lex exigit fidejussorem de prosequenda accusatione, quod nota, propter id quod dicebat Aret. in dict. tract. in parte *neque non ad querelam*, col. 2.

(9) *Veynte dias.* Sumptum est ex summa Azon. C. eod. in summa, col. 2.

LEY XV.—Ante qual Juez puede, o deue, ser fecha la acusacion (a).

Por todo yerro, o mal fecho, que algund ome faga, deue ser apremiado por el Judgador del logar, do lo fizo (1), que cumpla de derecho a los que lo acusan dello, maguer sea el malfechor de otra tierra (b). E si por aventura, el que otiesse fecho el yerro en vn lugar, fuesse despues fallado en otro, e lo acusassen y delante del Judgador do lo fallassen, si el respondiesse ante el (2) a la acusacion, non poniendo ante si alguna defension (3), si la auia; dende en adelante, tenuto es de seguir (4) el pleyto ante el, fasta que sea acabado, maguer el fuesse de otro lugar, e se pudiera escusar con derecho de responder ante el, ante que respondiesse a la acusacion. Otrrosi dezimos, que puede ser acusado el malfechor delante del Judgador del lugar do fiziere el su morada (5), o delante de aquel do ouiesse la mayor parte de sus bienes (6), maguer el acusado ouiesse fecho el yerro en otra parte. E si aquel que fizo el yerro fuesse ome que anduiesse fuyendo de vn lugar a otro (7), de manera que lo non pudiessen fallar do fizo el mal fecho, nin do ha la mayor morada; estonce este, en qualquier lugar do lo fallaren, lo pueden acusar, e es tenuto de responder a la acusacion; e pudente dar pena segund mandan las leyes, si le fuere prouado el yerro, o lo conoscere (c) el mesmo. Mas en otro lugar (8), si non aquellos que de suso diximos, non es tenuto el acusado de responder a la acusacion que fazen del, si non quisiere.

(a) L. 3, tit. 20, lib. 4 del F. R.

(b) En las causas criminales el fuero mas preferente de todos es el que surte el lugar en que se comete el delito, porque alli puede hacerse con mas facilidad que en otra parte mejor prueba, porque es mas eficaz el escarmiento para los que presenciaron la infraccion de la ley, y tambien porque donde se causó el agravio, alli es muy oportuna la satisfaccion. L. 32, tit. 2, y L. 4, tit. 3, P. 3; y LL. 1 y 2, tit. 36, lib. 12 de la N. R.

(c) La confesion del reo es una prueba completa, constando la existencia del cuerpo del delito; pero como la confesion puede ser efecto de despecho ó turbacion, especialmente por crímenes graves, se admiten en el plenario las excepciones del reo contra su misma confesion.

LEX XV.—Ubi quis delinquit, ibi tenetur, accusatori respondere, et non alibi, nisi alibi accusatus sine exceptione respondeat, vel in loco domicilii, vel ubi majorem partem bonorum haberet, accusetur, aut si vadit de loco in locum, fugiens latitando, tunc enim potest ubi reperitur, accusari, et si contra eum probetur, vel sit confessus, puniatur. Hoc dicit.

(1) *Do lo fizo.* Concordat cum l. fin. D. eod. et l. *si cui*, §. *idem Imperator*, eod. tit. et cum l. *Præses*, l. 2. D. *de offic. Præsid.* et D. *de noxalib.* l. fin. et cum autent. *qua in provincia*, C. *ubi de crimin. agi oportet*, et l. 1. C. *ubi senat. vel claris*, et cap. *postulasti*, et cap. fin. *de foro compet.* et locus delicti dicitur potissimum forum ipsius delinquentis, secundum Bald. in l. *de quibus*, D. *de legib.* quæst. 5. per textum in authent. *ut nulli judicium*, cap. *si quis verò comprehensorum*, col. 9. non autem ratione delicti efficitur propriè subditus, licet efficiatur de foro, glossa notabilis in cap. *nuper, de sentent. eorum.* et in Clement. 1. *de foro compet.* et maleficio commisso in districtu civitatis, puniri debet per potestatem, vel rectorem illius civitatis, cujus est districtus, l. 1. et ibi Bald. C. *ubi de posses. agi oportet*.

Quid autem si delictum committitur in civitate alteri fœderata? Vide per Bartolum et ibi addition. in l. *non dubito*, D. *de captiv.* ubi bonus textus, de cujus intellectu vide Bald. in l. *executorem*, col. 8. vers. *sed quero*, *quid de civitatibus confederatis*, C. *de execut. rei judic.*

Et quid si dubitatur de loco delicti, an fuerit intra vel extra territorium? Vide Bart. in l. 1. §. *cum urbem*, D. *de offic. præfect. urb.* referentem Innoc. in cap. *super litteris, de rescript.*

Quid autem si reus fuit contumax, et post condemnationem factam per judicem territorii opponitur per reum, quod non fuit commissum in territorio? Vide per Bald. in l. *licet*, col. penult. vers. *sed hic quero de tali questione*, C. *de procur.* qui dicit, quod ex sententia est inducta quædam præsumptio quæ transfert onus probandi in reum: et sic sibi incumbit onus probandi; quæ tamen objectio, si fuerat opposita à principio, accusator vel inquisitor debebat probare de territorio; et sic æquiparantur contumax et spontè procedens: vide ibi, quia est menti tenendum ad istam legem, infra in sequenti dicto.

Quid autem si Archiepiscopus delinquit in diœcesi suffraganeæ sui? Innoc. et communiter Doctores in cap. *cum inferior, de major. et obed.* tenent, quod non possit puniri à suffraganeò, etiamsi esset Episcopus, qui haberet duos episcopatus, unum eorum ex dispensatione: et idem tenet Archidiaconus in cap. 2. *de const.* in 6. in hoc tamen dicto, quando Episcopus habet alium episcopatum ex dispensatione, qui non est de Metropoli, contrarium tenet Abb. in dict. cap. *cum inferior*, et dictis Abb. favet Felinus ibi col. 1. et 2. relinquit tamen cogitandum, quia punctus est disputabilis; vide ibi per eos, et per Maria. Soc. in cap. 1. *de raptor.* qui in hoc adhæret opinioni Abbatis, cui etiam opinio adhæret And. Sicul. in addition. ad Bald. in dict. authent. *quia in provincia.* Delegatus etiam judex à Principe, si delinquit in territorio ordinarii, puniri potest ab ordinario, vide per Cyn. et Doctores in dict. authent. *qua in provincia.*

Sed an possit eum punire ratione sententiæ, quam in causa delegata protulit injustè? Cyn. vult, quod sic, in dict. authent. sed Petrus de Anchar. in repet. cap. *postulasti, de foro compet.* in 6. contrarium tenet; quod ratione injustæ sententiæ simpliciter non possit, etiam finita delegacione, conveniri coram ordinario, quia soli deleganti tenetur delegatus de hoc rationem reddere; si verò conveniatur ratione fraudis et doli, puta quia dicitur corruptus pecunia, vel

per fraudem et sordes, pronuntiare tunc poterit per l. *si quis libertatem*, D. *de petit. hered.* et l. *si duo patroni*, §. *idem Julianus*, D. *de jurejur.*

Quid autem si sint duo domini ejusdem loci fungentes pari imperio, et unus eorum delinquat, an possit puniri ab alio? Angelus in l. *est receptum*, D. *de jurisd. omn. judic.* dicit, quod sic, quia intelligitur eo ipso se submittere jurisdictioni et imperio condomini: contra Angelum tamen in hoc tenet ibi Paul. de Cast. et sequitur eum Alexander allegans copiosè, et Felin. in dict. cap. *cum inferior*, col. 1. par enim in parem non habet imperium, cap. *innotuit, de elect.* et duobus procuratoribus simul datis, unus non potes agere contra alium, l. *qui duos*, D. *de procurat.* nam et asinus intumescit, cum videt per comparem se comprehendi l. *heres per servum*, D. *de acquir. hered.* et ubi pares contendunt ad invicem, recurritur ad Principem, l. *si duo*, D. *de re judic.* l. *in offerendis*, C. *de appellat.* nec obstat, quod Romulus punivit Remum delinquentem, licet essent consortes, quia Romulus sorte obtinuit imperium, vide per Bart. in l. *si quis violaverit*, D. *de rerum divis.* et in l. *inter tutores*, D. *de adminis. tutor.* per Maria. in dict. cap. *postulasti*, col. 5.

Quid autem si delictum committitur in territorio communi utriusque civitatis, vide per Bald. in l. unic. col. 7. C. *de confes.* ubi concludit, quod præveniens per citationem erit cognitio; vide ibi per eum, et quod idem Baldus notat in l. 1. vers. *in initio*, penult. col. vers. *quid si sit in confinio, et testes nesciunt distinguere*, D. *de offic. præfect. urb.* Et quia ista materia est latissima, in qua sunt multæ quæstiones, vide de eis per Abb. in dict. cap. fin. col. 6. et 7. et per Maria. Socin. latè in dict. cap. *postulasti*; quia tamen multa ex prædictis per eos non reperies, hic inserui, quæ sunt notabilia; adde etiam, quod notat Bald. in l. 2. C. *ubi de crimin. agi oportet*, et Nicol. de Neapol. in dict. l. *juris veritas*, D. *de excusat. tutor.* et Angelus Aret. in tract. *maleficio.* in parte *neque non ad querelam*, col. 6. Bald. in l. *si plures*, col. 5. C. *de condit. insert.* Abb. in cap. *cum inter, de consuetud.* et in cap. 1. *de præsumpt.* et Bald. in l. *si quis non dicam raper*, col. 4. C. *de Episcop. et Cleric.* et in l. 2. C. *de eunuch.* et in §. *injuria*, col. 5. *de pace juram. firm.* et Bart. in l. *libellorum*, D. *de accusat.* et in l. 1. et si amicus, §. 1. D. *ad leg. Jul. de adulter.*

(2) *Respondiesse ante el.* Et sic in criminalibus, ut hic vides, fit prorogatio jurisdictionis, adde l. 4. cum gloss. ibi in verbo *inchoata*, C. *ubi de crimin. agi oportet*, de quo et per Gloss. et Doctor. in l. 4. D. *de judic.* et per Bald. in l. *si qui ex consensu*, C. *de Episcop. audient.* et in l. 1. C. *de juris omn. judic.* et per Doctor. in l. *magistratibus*, D. *de jurisd. omn. judic.* et tene menti istam legem, quæ in hoc approbat opinionem Azon. C. *ubi de crimin. agi oportet*, in summ. et reprobat opinionem Specul. in tit. *de comp. judic. adit.* §. 1. vers. *sed nunquid in judicem*, col. 7. approbat etiam ista lex opinionem Gandini in suo tractat. *maleficio.* sub rubr. *ubi puniatur delinquens*: et dicit Angel. in l. 1. in princ. D. *de confes.* quod per confessionem rei, quam facit coram judice incompetenti, aliàs habente merum imperium, videtur prorogata jurisdictionis; et idem tenet Angelus Aret. in suo tractat. *maleficio.* in parte *comparent dicti inquisiti, et conflentur totum*; et satis probatur in ista lege. Adverte tamen, quod in judicio inquisitionis, non fieret ista prorogatio, ut notat Bald. in l. 1. in fin. C. *ubi de crimin. agi oportet*, et in l. 1. C. *de sicar.* in vers. *et adverte* Decius in cap. *et si Clerici de judic.* in princ. in col. 2. An autem de loco ad locum possit fieri prorogatio in criminalibus? Bald. in dict. l. 1. C. *de jurisd. omn. judic.* vult, quod non; contrarium tamen tenet Albericus in l. *Præses Provincie*, l. 1. D. *de offic. Præsid.* post Guido de Suza, ex eo, quia non omnino redigitur ad instar privati, sed tantum est privatus exercitio jurisdictionis. Limita tamen istam legem disponentem de prorogatione in criminalibus, quando fieret in judicem habentem merum imperium ad cognoscendum de causis criminalibus, prout voluit Gloss. in dict. l. 1. et declarat ibi Angelus col. fin. secus verò si non haberet, ut notat Gloss. in l. *inter convenientes*, D. *ad municipal.* Item limita et intellige, quando fieret prorogatio dolosè, ut inveniatur iudicem sibi gratiosum, quia tunc non tenet l. 5. D. *de prævaricat.* Ang. in dict. l. 1. et vult etiam Bald. in l. *si qui ex consensu*, col. 2. vers. *revoco igitur*, C. *de Episc. audient.* Item limita, quando causa criminalis esset super re feudali, cujus cognitio pertinet ad dominum feudi; nam tunc invito vel ignorante domino feudi non posset prorogari alterius judicis jurisdictionis, ut tradit notabiliter Andr. de Iser. in §. *præterea*, si inter duos, col. 6. et 7. *de prohib. feud. alien. per Frederic.* Socin. consil. 87. col. 2. vers.

*secunda ratio*, in 3. volum. et vult Angel. in dict. l. 1. col. 3. vers. *an autem Paduanus*, et col. fin. Item limita, nisi talis prorogatio fieret in judicem alterius regni, et territorii, nam tunc non posset fieri; et ita intelligo, quæ notat Bald. in dict. l. *si qui ex consensu*, ibi: *brevis ego teneo*, et Joan. Fab. ibidem, et Ang. in dict. l. 1. col. fin. et tamen omnes judices essent sub eodem regno, et dolus cessaret, fieri posset prorogatio, ut apertè in ista lege Partitatur dicitur.

(3) *Alguna defension.* De dilatoriis dicit ad exclusionem judicii, quod non sit de jurisdictione illius judicis, scilicet, ut in casu hujus legis: et adverte, quod intelligi debet ista lex de eo, qui sciebat se non subjectum, seu non esse de foro judicis cognoscentis; nam si putaret se esse subjectum, non videtur prorogare, et nulla esset sententia, l. 1. et 2. C. *si à non compet. judic.* et tenet Azon. C. *ubi de crimin. agi oportet*, in summ.

(4) *Es de seguir.* Sed an judex proprius tenebatur habere ratam talem prorogationem in criminalibus, ita quod super crimine illo non procedat? Joan. Andr. in addition. ad Speculat. tit. *de comp. judic. addition.* §. 1. col. 7. in vers. *sed nunquid in judicem alterius jurisdictionis, in additione*, super parte *sensu*, refert Guiliel. de Suza. dicentem, quod si tale esset crimen, de quo judex possit inquirere, non tenebatur habere ratam, nec per factum delinquentis impediatur ipsius officium: in aliis verò criminibus ex quo accusans et accusatus sponte sub alio judice litigant, ipse ordinarius conquiescet: et cum hoc transit Joan. Andr. limitans inter clericos non procedere istam quæstionem, qui sine consensu Episcopi prorogare non possunt, cap. *significasti, de foro compet.*

(5) *Su morada.* Concordat cum dict. l. 1. C. *ubi de crimin. agi oportet*, l. *relegatum*, §. 10. vers. *sed eos, et si quis*, D. *de interdicit. et releg.* Sed an judex originis, vel domicilii, possit procedere per inquisitionem ad punitionem delicti commisi extra domicilium, seu jurisdictionem suam? Gandinus in tractat. *maleficio.* ultimo fol. tenet, quod non; Angelus etiam Aret. refert circa hoc opiniones contrarias in suo tractat. *maleficio.* in parte *hæc quædam inquisitio*, col. penult. ubi dicit, quod secutus est opinionem, quod possit, ut maleficia puniantur; et vide ibi addition. et per Bart. post Cynum in l. 1. C. *de summ. Trinit.* et *fide cathol.* ultim. fol. et Baldus ibidem, col. 12. cum sequent.

(6) *De sus bienes.* Nota hoc, et adde l. 2. C. *ubi senator. vel claris*, et Gloss. in cap. *dilectus filius, de rescript.* et intelligerem, cum ibi delinquens reperitur, ex his quæ dixi in l. 53. tit. 2. 5. Partit. et vide in glos. fin. Gandinus verò sub rubric. *ubi puniatur delinquens*, intelligit hoc, dicens: Et nota quod quis dicitur habere domicilium, ubi habet majorem partem fortunarum suarum, et larem suam.

(7) *A otro.* De vagabundo loquitur, et nota ad ea quæ Gloss. et Doctores dicunt in dict. l. 1. et 2. C. *ubi de crim. agi oportet*, et adde l. 52. tit. 2. Partit. 3. et Gloss. in l. 4. §. *præter*, D. *de damnoinfect.* et ibi Bart. in fin. Abb. in cap. fin. 7. et 8. c. l. *de foro compet.* Joann. de Plat. in l. *generali*, C. *de Deurion.* lib. 10. et in l. unic. C. *de colon. Tracens.* lib. 11. et in l. 1. *de tyron.* lib. 12. et Bald. in l. fin. C. *de præscript. longi tempor.* et dicit Ang. in dict. l. 1. quod cum habes unum malefactorem notorium, qui tamen non in tuo territorio deliquit, si vis facere eum mori, facias, quod confiteatur se vagabundum; hoc tamen dicit, non facias ad pompam, sed cum tua conscientia hoc dietat.

(8) *En otro lugar.* Et sic, extra locum delicti, vel domicilii, vel prorogate jurisdictionis, vel quando quis est vagabundus, non potest accusari, ut hic habes, vel ubi habet majorem partem fortunarum suarum, ut suprà dixit; qui fortè casus fuit positus propter id, quod habetur in l. 2. C. *ubi de crimin. agi oportet*, de eo qui assidue in aliquo loco conversatur, quod Angelus ibi intelligebat de conversatione per decennium; minoris enim temporis conversatio non ligat conversantem illi foro, secundum Cyn. in l. 2. C. *ubi senator. vel claris.* Vel dic, quod iste casus de habente majorem partem bonorum in aliquo loco, addatur in ista lege, et intellige, ut superius dixi: et ille casus de assidue conversante, licet non ponatur hic, includatur sub eo, *do fiziere su morada*, dicto superius. Angelus tamen, ubi suprà, ponit istum ut diversum: vide ibi per eum.

LEY XVI.—En que manera deue el acusado responder a la acusacion, que fazen contra el (a).

Pues quel acusado aya rescebido traslado de la acusacion, e que le aya el Juez señalado dia a que venga